



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

48. de conformitate voluntatis human[a]e ad diuinam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

E P I T O M E

non valuerunt, &c. Et sic patet quod voluntas Dei, quae ipse est, inuicta semper permanet: voluntas autem signi non semper impletur. neque ideo præcepit omnibus bona, vel prohibuit mala, vel consuluit optima, q̄ veller ab omnibus bona quae præcipit, fieri, vel mala quae prohibet, vitari. Si enim veller, utiq; fierēt: sed ut iustitiam suam hominibus ostenderet, & mali essent inexcusabiles, &c.

D E C O N F O R M I T A T E
Voluntatis humanæ ad
Diuinam.

D I S T I N C T . Quadragesimæ octauæ
C A P . Primum.

*Non omnis voluntas quæ non vult quod
Deus vult, est mala: vel quæ
vult quod Deus vult,
est bona.*

P
ca. 101.
Sciendum quoque est quod aliquando mala est voluntas hominis idem volentis quod Deus vult fieri: & aliquando bona est voluntas hominis aliud volentis quam Deus. Ut enim bona sit voluntas hominis oportet attendere quid congruat ei velle, & quo fine. vnde August. in Enchirid. Aliquando bona voluntate homo vult aliquid quod Deus nō vult, bona multo amplius multoq; certius voluntate. Nam illius mala voluntas

nullo vñquam modo esse potest. Tāquam si bonus filius velit patrem viuere, quem deus bona voluntate vult mori. Et rursus fieri potest, vt hoc velit homo voluntate mala, quod deus vult bona: velut si malus filius velit patrem mori, velit etiam hoc Deus.

C A P. Secundum. *Voluntas Dei bona,
mala hominum voluntate
impletur.*

Iudæi enim quem Deus bona voluntate mori voluit, impia voluntate crucifixerūt. & volebant quidem Iudæi mala voluntate, quod Deus bona volebat. Vnde aëtum Iudæorum non voluit deus, sed passionem Ps.138 Christi voluit. sic Psal. dicit, Tu cognouisti sessionem meam. id est passionem meam.

Si dicas: Si voluit vt pateretur, vel id voluit à Iudæis fieri, vel non. si voluit vt non pateretur à Iudæis: igitur factum est, quod voluit deus non fieri. si voluit vt à Iudæis pateretur, ergo voluit eum ab illis occidi.

Sciendum quod volebat quidem passionem, tanquam nobis salutiferam: sed nollet bat Iudæorum actionem, quę mala erat. Vnde August. in Enchirid. Deus quasdam voluntates suas vtique bonas implet per malorum hominum voluntates malas: sicut per maleulos Iudæos bona voluntate patris, Christus pro nobis occisus est, quod tantum

E P I T O M E

bonum fuit, ut Apostolus Petrus, quando id fieri solebat, Sathanas ab ipso qui occisus est, diceretur.

Sancti viri qualiter cu piebāt Chri stum pati et Mar tyres. Sic patet quomodo viri sancti cupierunt Christum pati & occidi amore redemptio nis nostræ, & impletionis diuinæ voluntatis, sed non dilectionis passionis & mortis Christi. Vnde eodem lætabantur & tristabantur.

Quo fit etiam ut passiones Martyrum pos simus & velle & nolle, & utrūque bona vo luntate, si rectos nobis proponamus fiues.

Vnde August. in Enchirid. Bonæ apparebāt voluntates piorum fidelium, qui solebant Apostolum Paulum pergere Hierusalem, ne ibi pateretur mala quæ Agabus Proph. præ dixerat. & tamen hoc illum Deus pati vole bat pro annuncianda fide Christi, exercens martyrem Christi, &c. & ideo is cui hoc fine placebat passio Pauli, bonam voluntatem habebat.

Explicit Epitome in primum Librum Sentent. mag. Petri Lombardi.

E P I T O M E I N S E C V N D V M.

D E C R E A T I O N E U N I V E R S I

D I S T I N C T . I . C A P . Primum .

Deus est unicum omnium rerum ex tempore creationis principium.